



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XLIII. Christi vulnerum stigmatis Cor D. Augustini saucium fuisse
creditur. Permira quæ de eodem corde scriptis prodita sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

iam amemus & curramus. Denique alibi:

Lib. Medi-
tat. cap. 18. Da mihi te Deus meus, redde mihi te. Ena-

mo, et si parum est, amem validius. Non pos-
sum metiri, ut sciam quantum desit mihi
amoris ad id quod satis est, ut currat vita
mea in amplexus tuos, nec auertatur donec
abscondatur in abscondito vultus tui. Hoc
tantum scio, quod mihi male est praeter te,
non solum extra me, sed in meipso. Et omnis

NOTA. mihi copia, quæ Deus meus non est, egestas est.

C A P V T X L I I I .

*Christi vulnerum stigmatis cor D. Augustini
saucium fuisse creditur. Permira quæ de
eodem corde scriptis prodita sunt.*

Vincent.

Ferrer.

D. Bonau.

teste Ma-

bur. t. 20.

circa fin.

Flor. Ba-

tatuus lib. 5.

De instit.

Christ. c. 11.

Ioann. ab

Angel. in

Triumph.

amoris Dei

p. 1. c. 11.

QUAM VIS autem tanta fuerit amoris
huius intensio, tantumque ardentes
he sagitte penetrauerint animum eius (nam
quantum præstat animus corpori, tantum
vulnus amoris internum externo corporis
vulneri) nihilominus asserunt nonnulli vi-
ri graues (forsitan inducti verbis hisce Au-
gustini, *Sagittaueras tu Domine caritate
tuâ, cor meum, &c.*) non tantum spirituali
vulnere seu tralaticio, verum etiam arca-
nis factorum vulnerum Iesu Christi stigma-
tis sauciatum Augustini cor fuisse; nimi-
rum ut ipsum omnimodis Dei esse demon-
straretur. Vnde Emanuel Corea parte se-
cun-

cundâ Histor. S. Ioannis Saguntini:

*Gentis Eremicola Pater Augustinus, amore
Divino accensus, Christū meditatus, ab illo
Fonc capit plagas, ex illo fonte sagittas.*

Testantur ad hæc veteres nonnulli, cor ip- Antiqui
sum non esse coniunctum reliquo corpori, German.
sed cùm moreretur, vel ab Angelo, vel à cod. manu.
quibusdam ipsius Augustini piis cultoribus, H. Roman.
quemadmodum fieri nonnumquam solet, Cent. 6.
visceribus ceteris exceptum fuisse, interque
varias procellas temporum delituisse, quo-
usque sub annum D C C C C. L I. Sigisbertus
Episcopus Lugdunensis, S. Augustini præ-
cipue studiosus, diuinitus id ipsum accepit.
Solebat is ardentibus votis à Deo expetere,
ut pro amore, quo in ipsum Patrem Augu-
stium ferebatur, aliquā dumtaxat sacra-
rum reliquiarū particulā se donaret, priu-
quam ex hac vitâ decederet. Quas preces
cùm ex more sub horam primam in ora- Cor D. Au-
torio suo frequētaret, subito ipsum obdor- gustini di-
miuisse, & Angelum non ita pòst venisse fe- uinitus al-
latum Epi-
runt cum vasculo crystallino pereleganti, scopo Lug-
& inimitabilis artificij, quod aurei circuli
ambiebant, & cuius pedunculus erat ex
auro obryzo, ipsaque pyxis monilibus in-
tertexta lucebat. Quam cùm idem Ange-
lus summâ reuerentiâ in facelli eiusdem
altari reclinasset, ad Episcopum conuersus,
Ecquid

Ecquid dormis Sigisberte? dixit, Expergitse-
re. Quo rogante quisham ad se loqueretur,
Respondit ille: Sum Angelus, quondam
Augustini tutelæ traditus, qui etiam cordis
eius singularem habeo rationem. Sic enim
Deo visum est, ut ne periret hoc, quod tan-
topere in ipsius amorem exarsit, & quod
adeò diuini amoris sategit, quodque tam
subtiliter de sanctissimâ Trinitate differuit.
Quamobrem exurge, & accipe munus
istud eximum, quod tibi præsertim à Deo
sum iussus ferre, in tui piorumque homi-
num consolationem. Quo dicto Angelus
disparuit. Episcopus verò pro tantâ in se
beneficiâ penitus amore incensus, re-
spexit in altari eiusdem sacelli prædictam
vrnulam pretiosissimam, in quâ Cor erat
diui Augustini, tam vegetum tamque re-
cens, ac si tum primùm fuisset de corpore
eiusdem acceptum. Quo tam præcellenti
munere affectus Sigisbertus, ingentes Deo
gratias egit, ac populares suos idipsum la-
tére nolens, per vniuersam dicecesim pro-
mulgari iussit. Cuius rei famâ commotus
populus, ex vrbibus & pagis adiacentibus,
visendi studio ad Episcopum vndique con-
fluxisse dicitur. Cùm verò in gratiarū actio-
nem, sicut est in more, caneretur hymnus
Te Deum, essetque peruentum ad hunc
versi-

versiculum, *Sanctus*, *Sanctus*, &c. visum est cor ipsum nouo miraculo commoueri, palpitare, atque exultare in Deum viuum, ac si recens fuisset sauciatum illâ ter amabilis sagittâ sanctæ Trinitatis. Similes motus habuisse perhibent anniuersariâ die, cùm eo in altari maiore deposito Sacrum fieret; quoties videlicet Sancta Trinitas voce sacerdotis exprimeretur. Quo tam stu-

Liber Pa-
nis quoti-
dianus, in
Biblioth.
monasterij
S. Laurétij
in Escuria-
co.

pendo miraculo percussus omnis populus in Dei laudem prorupit, & B. P. Augustinum vnanimi voce concelebrauit. Idem ferè totidem verbis confirmat B. Iordanus è Saxoniâ, afferens ex probatissimorum virorum fide in Ecclesiâ (vt loquitur) tam incliti Doctoris, cor vasculo crystallino inclusum, quoties Beatissima Trinitas coram eo nominabatur, vel liber eius de eadem conscriptus expandebatur, notabiliter exiliisse. Effert id super alia id genus mirabilia, quæ alicui Sanctorum accidere. Legitur quidem, ait, quòd ossa Elisæi post mortem eius, mortuum suscitarint. Item quòd in corde beati Ignatij repertum est nomen I E s v, literis aureis inscriptum; & quòd ossa diuorum Nicolai & Catharinæ riuis olei scaturirent: sed his omnibus videtur admirabilius, quòd cor D. Augustini post mortem habuit motus, velut intel-

Ser. 149.
de Sanctis.
Liber M.S.
in Biblioth.
monasterij
de Turrib.
in Lusitan.

*sūmā ad-
miratione
dignum.*

V ligen-

ligentis naturæ , ad pronuntiationem , vel etiam scriptionem Sanctissimæ Trinitatis semet efferendo. Idem facere solitum in Missâ, ad recitationem horum verborum, Sanctus, Sanctus, &c. refert liber inscriptus, *Panis quotidianus* Anagniæ impressus anno M. D. I X. Addunt id temporis , quo solitum erat in altari publice videndum exhiberi , neminem hæreticorum ausum fuisse eam Ecclesiam subintrare. Imò si quis a suu temerario id ipsum attentasset, instar Ananiæ & Saphiræ confessim emori , vel saltem conternatum ad limen templi iacere. Eam proin esse caussam , ob quam S. Augustinum pingunt cum hæreticis quibusdam ad pedes eius abiectis , ac velut e mortuis. Affolet denique cor ipsum attungi quibusdam sphærulis seu amuletis , & illa domum velut reliquiae inter sacra referri. Confirmat id perillustre decus familiæ nostræ, P. Augustinus de Iesu à Castro, Bracharæfis Archiepiscopus, qui auctoritate Gregorij X I I I. Bauaricam prouinciam visitans , inter ceteras reliquias argenteam Monachij capsulâ deprehendit, quam post in Lusitaniâ retulit, pluribus seris obfirmatam: in quâ seruabatur corculum ferreum, ferreum & magnitudinis vnius acini, obductum aureo aureum. circulo , cum hac inscriptione : *Cor admo-*

1113

rum verò cordi S. Augustini: ferreum propter
nimiam eius constantiam, & aureum propter
inflammataam eius caritatem.

CAPVT XLIV.

Summa D. Augustini à mundo & crea-
turis aueratio.

IT A Q V E mirum haud videri debet,
(quamquam hoc ipsum ingens est mi-
raculum) si tam efficacibus indiciis hono-
ris, est Augustinum Deus à morte prosecu-
tus. Fuit enim, vt iam non semel ostensum
est, non usitata nec cōmuniſ eius in Deum
caritas, quā sic in Deum ferebatur, vt crea-
turas omnes negligenter, & negligendas esse
proclamaret ei, qui Dei filius & heres esse
desiderat. Elegantissimas tanti viri senten-
tias pro tei naturâ Lector tecum expende: Tract. 2.
Væ tibi, si amaueris condita, & deserueris ^{in cap. 2.} Ep. S.Ioā.
Conditorem. Pulcra tibi sunt, sed quanto est
pulcrior qui ista formauit? Et alibi: Auare solus Deus
quid aliud (quam Deum) petas? quid tibi ^{expetendus.} Serm. 29.
sufficit, cui Deus non sufficit? Quanta tibi ^{De verb.} De Domini
mundus post dorsum strepit, ut retrò respi-
cias? id est, ut in rebus præsentibus, nec præ-
sentibus (non enim dicenda sunt præsentia;
numquam stantia) spem tuam ponas, & ab eo
quod promisit Christus, & nondum dedit (sed
quia fidelis est, dabit) auertas animum tuum,

V 2. &